



**Geistliche || Lieder vnd Psalmen/ der || alten  
Apostolischer recht vnd warglau=**||biger Christlicher  
Kirchen/ so vor vnd nach der || Predigt/ auch bey der  
heiligen Communion/ vnd || sonst in dem haus ...****

**Leisentritt, Johann**

**Budissin, 1567**

**VD16 L 1061**

Eruditione Et Pietate Praestanti Viro, Domino M. Christophoro Hecyro, Ciui  
& Archigrammateo Buduicensi, Catholicæq[ue] fidei assertori, Amico suo  
Charißimo. Ioannes Leisentritivs Senior, Ecclesiæ ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56527)

ERVDI

TIONE ET PIETA

TE PRAESTANTI VIRO, DO.

mino M. Christophoro Hecyro, Cui & Archi-  
grammateo Buduicensi, Catholiceq; fidei  
assertori, Amico suo Cha-  
rissimo.

IOANNES LEISEN

TRITIVS SENIOR, ECCLE

siæ Budisiner: Decanus &c.

S. P. D.

**N**OVVM genus hominum exoriri  
videmus, Charissime Hecyre, a quo  
meus animus uehementer abhor-  
ret, summis enim conatibus student  
supprimere funditusq; euertere om-  
nia, quæ ad plantandam & conseruandam Or-  
thodoxam & Catholicam religionem spectant.  
Vnde neminem fieri meliorem uideo, deterio-  
res omnes, quotquot hæctenus nouerim: pro li-  
bertate spiritus effrenem carnis licentiam me-  
rum in modum amplectentes, nec non Ciuita-  
tes prouinciarum desertoribus monasteriorum,  
Sacerdotibus coniugatis, plerisque famelicis ac nu-  
dis, implentes, apud quos nihil agitur, quin

EPISTOLA AD HECYRVM.

calatur, editur, bibitur, nec docent, nec discunt,  
nulla uita sobrietas, nulla synceritas. Vbiq; sunt  
( ut testis est Eras: Rot: ) ibi jacent omnes  
bonæ disciplinæ cum Pietate. Proijciunt ampul-  
las, plenis buccis & superbis uocibus Philoso-  
phiam & eloquentiam deprædicantes, ipso Pro-  
theo mirabiliores & monstroſæ Hyenæ mera-  
morphoſi incertiores: Protinus aſſimulant tan-  
gunt quoscunq; colores, per plurimas ciuitates  
suos nouos mittunt Apostolos, qui totum fere  
orbem nouorum conatum obstinationibus  
peragunt, simul & Ecclesiastici corporis compa-  
ginem discordiarum seminatione rescindunt.  
Libanis ista noua Christiani nominis appella-  
tione contenta non est, nisi etiam blandè com-  
pellentur Euangelici. Verum autem Euangeli-  
um & Euangelicam disciplinam ( ut res ipsa te-  
statur, ne digito quidem attingunt. ) Heus quaſo  
Hocine est nouum Euangelium aut libertas  
Christiana, quod non liceat dicere preces? non  
sacrificare? non ieiunare? non abstinere à carni-  
bus? non seruare fraternam charitatem, nec uni-  
tatem Ecclesiasticam? sed potius ad Catholico-  
rum uituperationem ( more Arrianorum &  
Samoſatenorum &c ) dictatos Hymnos frequen-  
ter decantando seditiones, immò etiam sune-  
ſtas cædes passim excitare? Ego in medio, immò  
in faucibus ipsorum ( instar luporum ) degen:

No.

JS  
1896

EPISTOLA

re ipsa comperio, quàm infinita mala, canticis illis ad seditionem editis, indies cõcitantur, In-  
 genuèq; fateor, factiõis materiã haud ulla alia  
 ratione iam aboleri posse, nisi canticis istis amu-  
 latorijs è medio sublatis. Quid enim ex Psalmis  
 illis factioso spiritu redditis, nisi turbatio susci-  
 tari potest? Quis enim affectum bonum & salu-  
 tarem ex amarulenta cantione percipiet? Ex  
 tribulis & spinis, quis ficus aut unas colliget?  
 Ah quid insuauius et asperius est (inquit Gerhar-  
 Lorch:) quàm uox illa, cum hostes nostri fu-  
 riunt, insaniunt & rabiunt, Germanicè, Wann  
 unser Feinde toben &c. Quid his uerbis concita-  
 tius, deuorare, deglubere nos uolunt, *Nuffspereen  
 sie den Nachen weit, vnd wollen vns verschlingen &c.*  
 Minax, insultatoria & planè factiosa uox est. Et  
 si mundus uel Cacodemonijs esset refertus. *Vnd  
 wenn die welt voll Teuffel wer &c.* Cætera præte-  
 reo, sunt enim lippis & tonsoribus nota, ex qui-  
 bus tamen perfacile est conijcere futurũ, ut quo-  
 tidie prodeant (pro ut magna ex parte iam ex-  
 rant) adhuc amariora, magisq; exosa etiam in tẽ-  
 plis sibi inuicem acclamanda, quibus ne & Ca-  
 tholica iuuentus imbuatur, tandemq; cæcus Ca-  
 tholicus ultima peiora prioribus fore experia-  
 tur, metuendum est. Quapropter cum illa, simul  
 & reliqua Germanicè uersa atq; ad schismata &  
 seditiones (ut præfatus sum) reddita, nihil aliud



AD HECYNVM.

nisi amarulentiam & æmulationem sonantia  
passim uulgo decantentur: non quiesci donec  
pro retinenda fide Catholica, uerèq; Christia-  
na pietate promouenda & recuperanda, aliquot  
Hymnos Ecclesiasticos congererem, & Germa-  
nicè redditos, partim etiam à me ipso composi-  
tos, uetustioris Ecclesiæ nostræ Orthodoxæ  
melodis, quantum fieri potuit, applicarem.  
Vnde præfens confeci Hymnologium, cui &  
tuas cantiones Catholicæ religioni consen-  
taneas, mihi bono & Catholico Zelo commu-  
nicatas, pariter inserui, & ea, qua debui ac potui  
diligentia, in præsentem librum, magnis pro-  
fecto impensis absoluendum, redegi, ut eò, com-  
modius Hæreticæ cantilenæ ex Catholicorum  
manibus excuterentur. Si Deus uoluerit & si  
uixerimus, plura his similia in usum Catholi-  
corum breui Typis excudi faciam, Deus omni-  
potens, Pater Domini nostri Iesu Christi, te sal-  
uum atq; incolumem diu conseruet, faxitq; ut  
Leisentrutium tuum redames, atq; in illorum  
numero retineas, qui tibi ex animo fa-  
uent. Datum Budissinæ in domo  
nostra Parochiali 6. Ca-  
lend: Aprilis Anno  
Domini 1567.

